

B A C H. N O T A E.

missionem fieri voluit. Porro missione decreta; vel invito herede per viatorem, aut officialem praefecti, aut ex interdicto, ne vis fiat ei, &c. legatus introducendus est in possessionem, d. l. is cui § in possessionem 20. ut custodiz causa simul cum herede possideat: donec is tedium perpetuæ custodiz effectus, cautionem praestet, aut legatum soluat. d. l. is cui, in prin. & §. qui legatorum 16. cum similibus.

Tit. IV. UT IN POSS. LEGAT. &c. nihil habet; Quod in fin. sit de missione pro quantitate debiti, ex N. 53. ita communiter accipitur, licet Cuiac id ibid. aliter interpretatur

PORRO MISSIONE. Memini supra monuisse, quod praeter Interdicta sua duplici modo tueatur, vel propria actione in factum, vel rectâ Imperio per viatores & ministros l. 3. ne vis fiat &c. l. 1. §. 2. si vent. nom. mul.

D I G E S T O R V M P A R S VI.
LIBER XXXVII.

DE BONORVM POSSESSIONIBVS. Tit. I.

- I. Continuatio ex dispositione integra Pandectarum.
2. Quare honor poss introducte.
3. Definitio.
4. Quid significet hic bonorum appellatio.
5. Quid possessio.
6. Quid ius.
7. Quomodo petatur bonorum poss.
8. Quomodo haec possessio ab aliis differat.
9. Divisio possessionum.
10. Causa efficiens & materialis.
- II. Forma decernenda & petenda poss. bon. & de edictali ac decretali bonorum poss.
- III. Finis & effectus.

quo & alios heredes constituit: nec datu dominium aut familiam, quæ in heredem transit. § vlt. Inf. de her. qual. §. 1. Inst. eod. quod solius est legis: §. 2. Inst. ea. ubi dixi. sed per inducitum. & quadam circumductione nonnullos ad successionem vocari, data bonorum possessione; in quam prætor mittere vice dominij, occurrente aliqua & quietate solet: t. sit, quibus ex caus. in bon. poss. ss. & passim, de dam. inf. de qua primum in genere post sigillatum erit disserendum.

I. B A C H. N O T A E.

Continuationis ratio hoc laborat, quod hic non in vniuersam de iudicijs prætorijs, (de quorum plurimis actum est in libris præced.) tractatur, sed de successione ex iure prætorio. Illud n. 2. vulgatum est, quod prætor heredem in specie dictum, aut dominum, videlicet. Quiritarium facere non potest, sed monimus non semel, non vna ex causa dominium bonitarium iure prætorio adquiri. Et non est intubilis ratio, quod prætor ferè semper originaliter, ut post dicemus, possessionem bonorum defert alicui, cum alteri ius ciuale defert hereditatem: quomodo suos vel agnatos iulos ciuale ius ab intestato agnoscat heredes: verum prætor alios respectu præfert, aut simul admittit. Quam fere rationem licet animaduertere in casib. quibus dominum prætor facit: ex quo hoc etiam fit, ut dominis & prætorijs heredibus (exceptu talibus) non nisi utiles actiones dentur.

I. **C**redo vos meminisse initio huius operis, iudicia in quorum omnium ordine partibus, progressu atque effectibus explicandis, Pandectæ consumuntur, ita fuisse distributa; ut alia sint ordinaria, alia extraordinaria, ordinariorum autem, partim ciuilia, partim criminalia, ciuilium rursus alia propriæ ciuilia, alia Prætoria Deciulibus haec enim videamus abusus pro instituto nostro tractasse. Transeamus ergo ad iudicia Prætoria: eo quidem commodiore loco atque ordine: quod, postquam tradidimus quemadmodum ex testamentis iure ciuili succeditur, tempus sit demonstrare, quibus modis Prætor tam ex ultima voluntate, quam ab intestato, successiones deferat: quæ quidem omnes generali nomine appellantur Bonorum possessiones; sicuti quæ iuri ciuilis sunt, hereditates. Nam & sciendum est, à prætore neminem effici heredem, §. quos autem. Inst. eod. ne derogetur aperte ciuali,

§ Bonorum & igitur possessionem, quod quidem ad præsens argumentum attinet, ita rectè definimus: ius persequendi retinendique patrimonij, siue rei quæ ciuisque cum moritur fuit, l. 3. §. bonorum, 2. h. t. Bonorum & appellatio non hic capitulatur deducto alicno, ut alias semper: l. subsignatum 19. §. 1. de verb. significat. l. non possunt. de iure fisc. l. fin. de usufruct. legal. l. cum emancipatis, §. 1. de collat. bono. sed

III.

IV.